

**BOLETIN ECLESIASTICO**

DE LOS OBISPADOS DE

SALAMANCA Y CIUDAD-RODRIGO.

Sanctissimi in Christo Patris et Domini nostri Domini Pii divina providentia Papæ IX. Constitutio super VICARIIS CAPITULARIBUS NEC NON ELECTIS ET NOMINATIS AD SEDES EPISCOPALES

VACANTES.

VACANTES.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI AD PERPETUAM REI MEMORIAM.

Romanus Pontifex, pro munere sibi divinitus collato regendi ac gubernandi universam Christi Ecclesiam, non solum SS. Canonum observantiam urgere, sed etiam illorum certum et authenticum sensum declarare satagit, si quando quidpiam dubitationis in aliquo occurrat, ne diversis interpretationibus materia præbeatur, atque inde Ecclesiasticæ disciplinæ unitas rumpatur, cum magno Ecclesiastici regiminis detrimento.

Sane juxta antiquam Ecclesiæ disciplinam, Sede Episcopali vacante, Diœcesis administratio ad Capitulum Cathedralis Ecclesiæ devolvitur, quod olim per se ipsum Diœcesim, toto tempore, quo Sedes vacabat administrare poterat, vel uni, aut pluribus Diœcesim administrandam committere, libera eidem relicta potestate deputatos eligendi, eisque delegatam jurisdictionem, sive quoad usum, sive quoad tempus arctandi, et constringendi.

At vero Concilii Tridentini Patres animadvertentes gravissima, quæ passim oriebantur incommoda, ex administratione vidnatæ Ecclesiæ cœtui personarum diversi fere ingenii concredita, ad ea vitanda sapienter decreverunt: ut «Capitulum, sede »vacante, Officiale seu Vicarium, infra octo dies post mortem «Episcopi, constituere, vel existentem confirmare omnino teneatur, qui saltem in jure canonico sit Doctor, vel Licenciatus, vel »alias quantum fieri poterit idoneus. Si secus factum fuerit, ad »Metropolitanum deputatio hujusmodi devolvatur, et si Ecclesia »ipsa Metropolitana fuerit, aut exempta, Capitulumque, ut »præfertur, negligens fuerit, tunc antiquior Episcopus ex »ffraganeis in Metropolitana, et propinquior Episcopus in »exempta, Vicarium possit constituere,» (1)

Hujusmodi vero decretum varie interpretati sunt privati canonicarum rerum scriptores. Quidam enim censuerunt posse Capitulum in constituendo Vicario aliquam jurisdictionis partem sibi reservare; alii putaverunt fas esse Capitulo ad certum tempus Vicarium deputare; nec defuerunt qui arbitrati sunt, licere Capitulo Vicarium pro arbitrio remove, et alium substituere.

Recensitæ Scriptorum sententiæ à nonnullis Capitulis libenter exceptæ sunt: quo factum est, ut in hac re tam magni mo-

(1) Sess. 24, cap. 16, de Reform.

menti disciplinæ uniformitas deficeret, et Tridentinum decretum optatum finem plene non attingeret. Quamvis autem SS. Urbis Congregationes has sententias, suis responsis in casibus occurrentibus, pluries reprobaverint, ita ut ex earum responsis manifeste appareat quæ fuerit mens Patrum Tridentinorum in sedendo decreto superius relato; attamen cum nondum omnia ubique ad eam mentem exigi videamus, ad submovendam prorsus quamlibet dubitationis causam vel obtentum, iisdem responsis et declarationibus Apostolicæ auctoritatis robor adjiciendum censemus. Quocirca Motu proprio, ac certa scientia, et matura deliberatione Nostris, deque Apostolicæ Potestatis plenitudine declaramus et decernimus: totam ordinariam Episcopi jurisdictionem, quæ vacua Sede Episcopali ad Capitulum venerat, ad Vicarium ab ipso rite constitutum omnino transire; nec ullam hujus jurisdictionis partem posse Capitulum sibi reservare, neque posse ad certum et definitum tempus Vicarium constituere, multoque minus remove, sed eum in officio permanere quousque novus Episcopus Litteras Apostolicas de collato sibi Episcopatu Capitulo, juxta Bonifacii VIII Prædecessoris Nostri Constitutionem, (1) vel Capitulo deficiente, ei exhibuerit qui, ad normam SS. Canonum, vel ex speciali S. Sedis dispositione, vacantem Diocesim administrat, vel ejusdem Administratorem, seu Vicarium deputat.


Quamobrem pro nullis habendæ sunt limitationes, seu quoad jurisdictionem, seu quoad tempus adjectæ à Capitulo electioni Vicarii Capitularis, qui idcirco, iis non obstantibus, officium semel sibi rite collatum, toto tempore, quo Sedes Episcopalis vacua fuerit, totamque ordinariam jurisdictionem Episcopalem libere et valide exercere perget, donet novus Episco-

(1) Extravag. *Injunctæ* de Electione inter comm.

pus Apostolicas canonicæ suæ institutionis Litteras, ut diximus, exhibeat.

Hac autem occasione declaramus etiam et decernimus ea, quæ à Gregorio X Decessore Nostro in Concilio Lugdunensi 2.º de electis à Capitulis, constituta sunt, (1) comprehendere etiam nominatos, et præsentatos à Supremis publicarum rerum Moderatoribus, quomodocumque nuncupentur, siue Imperatores sint, siue Reges, siue Duces, vel Præsides, qui ex S. Sedis concessione, seu privilegio jure gaudent nominandi, et præsentandi ad Sedes Episcopales in suis respectivis ditionibus vacantes, abolentes idcirco, cassantes, et penitus annullantes usum, seu potius abusum sub quovis titulo, vel prætenso et asserto privilegio, quæsito colore, et quacumque causa, licet speciali et expressa mentione digna, in quibusdam Regnis seu regionibus præsertim longinquis invecum, quo Capitulum Ecclesiæ Cathedralis vacantis obsequens invitationi seu mandato, licet verbis deprecatoriis concepto, supremæ civilis potestatis concedere, et transferre præsumit, ac de facto concedit et transfert in nominatum et præsentatum ad eandem Ecclesiam illius curam, regimen et administrationem, eamque nominatus et præsentatus sub nomine Provisoris, Vicarii Generalis, aliove nomine gerendam suscipit ante exhibitionem Litterarum Apostolicarum, uti superius dictum est, de more faciendam, remoto proinde Vicario Capitulari, qui ex juris dispositione toto tempore vacationis Ecclesiæ eam administrare, ac regere debet. Confirmantes autem alia etiam Decessorum Nostrorum, et præsertim sancti me: Pii VII Decreta et dispositiones declaramus et decernimus, [ut si interea Vicarius Capitularis decesserit, aut sponte sua muneri renuntiaverit, aut ex alia causa officium ipsum legitime vacaverit, tunc Capitu-

(1) Cap. *Avaritia* de Electione in 6.



lum, vel Capitulo deficiente, qui potestatem habet deputandi vacantis Ecclesiæ Administratorem, seu Vicarium, novum quidem Vicarium, vel administratorem eligat, nunquam vero electum in Episcopum à Capitulis, aut à laica potestate nominatum seu præsentatum ad dictam Ecclesiam vacantem, cujus electionem ac deputationem, si eam Capitulum, vel alius, uti supra, peragere præsumperit, cassamus, annullamus, et omnino irritam declaramus.

Confidimus autem Dignitates, et Canonicos Cathedralium Ecclesiarum vacantium, ac illos qui deficientibus Capitulis, Vicarios deputant, aut vacantes Ecclesias legitime administrant, plene exequuturos quæ hisce Nostris Litteris declarata et decreta sunt; ubi vero, quod Deus avertat, ea exequi detrectaverint, ac concedere et transferre in nominatum et præsentatum ad eandem Ecclesiam ejus curam, regimen et administrationem sub quovis titulo, nomine, quæsito colore ausi fuerint, præter nullitatem jam decretam prædictæ concessionis et translationis, præfatos Canonicos ac Dignitates excommunicationis majoris, nec non privationis fructuum Ecclesiasticorum beneficiorum quorumcumque, aliorumque reddituum ecclesiasticorum per eos respective obtentorum, similiter eo ipso incurrendis pœnis innodamus, et innodatos fore decernimus, et declaramus: ipsarumque pœnarum absolutionem seu relaxationem Nobis et Romano Pontifici pro tempore existenti dumtaxat specialiter reservamus.

In easdem pœnas pariter reservatas ipso facto incurrunt nominati, et præsentati ad vacantes Ecclesias, qui earum curam, regimen, et administrationem suscipere audent ex concessione, et translatione à Dignitatibus et Canonicis aliisque, de quibus supra, in eos peractam, nec non ii, qui in præmissis paruerint, vel auxilium, consilium, aut favorem præstiterint cujusque status, conditionis, præminentiae, et dignitatis fuerint.

Præterea Nominatos, et præsentatos jure, quod eis per nominationem et præsentationem forte quæsitum fuerit, decernimus eo ipso privatos.

Si vero aliqui ex prædictis Episcopali charactere sint insigniti, in pœnam suspensionis ab exercitio Pontificalium, et interdicti ab ingressu Ecclesiæ ipso facto, absque ulla declaratione, incidunt, S. Sedi pariter reservatam.

Insuper quæcumque à sic nominatis et præsentatis in administrationem vacantium ecclesiarum intrusis fiant, mandentur, decernantur et ordinentur cum omnibus et singulis inde quovis modo sequutis, et quomodocumque sequuturis omnino nulla, invalida, inania, irrita, et à non habentibus potestatem damnabiliter attentata, et de facto præsumpta, nulliusque valoris, momenti, et efficacix esse, et perpetuo fore tenore præsentium declaramus et decernimus, illaque damnamus et reprobamus.

Hæc volumus, statuimus, ac mandamus, decernentes has Nostras Litteras, et omnia in eis contenta nullo unquam tempore à nemine cujusque conditionis, et dignitatis etiam Imperialis, et Regiæ, sub quovis titulo, quæsito colore, ac prætenso et asserto privilegio, quod si forte sit, cassamus, et annullamus, infringi, impugnari, vel in controversiam revocari posse, sed semper firmas et efficaces existere et fore, suosque plenarios, et integros effectus semper sortiri et obtinere debere. Non obstantibus Apostolicis generalibus vel specialibus Constitutionibus et ordinationibus, ac Nostris et Cancellariæ Apostolicæ regulis, præsertim *de jure quæsito non tollendo*, cæterisque etiam speciali mentione dignis contrariis quibuscumque.

Volumus autem, ut facta harum Litterarum publicatione per affixionem transumptorum ad valvas Basilicarum Urbis, omnes ubique Fideles, ad quos spectat, qui quomodocumque noverint eas, prout dictum est, Romæ fuisse promulgatas, ad earum executionem perinde obstringantur, ac si personaliter singulis notificatæ fuissent.

Volumus pariter, ut earumdem præsentium Litterarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu tamen alicujus Notarii publici subscriptis, et sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides, ubique locorum habeatur, quæ haberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc nostrarum declarationis, decisionis, annullationis, irritationis, statuti, præcepti, mandati et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis vero hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, et Beatorum Petri et Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo Octingentesimo Septuagesimo tertio, quinto Kalendas Septembris, Pontificatus Nostri Anno Vigesimo octavo.

F. CARD. ASQUINIUS

G. GORI SUBDATARIUS.

VISA

DE CURIA J. DE AQUILA E VICECOMITIBUS.


Loco ✠ *Plumbi*

I. GUGNONIUS.

Reg. in Secretaria Brevium.

Anno à Nativitate Domini Millesimo Octingentesimo Septuagesimo tertio Die vero V. Mensis Octobris Indictione I. Pontificatus autem Sanctissimi in Christo Patris et D. N. D. Pii Divina Providentia Papæ IX. Anno XXVIII, supradictæ Litteræ Apostolicæ affixæ et publicatæ fuerunt ad Valvas Basilicarum majorum Urbis per me Vincentium Benaglia Apostolicum Cursorem.

Philippus Ossani Magister Cursorum.



SECRETARÍA DE CÁMARA.

Habiendo cesado por la misericordia de Dios Nuestro Señor la enfermedad de las viruelas que tanto ha afligido á esta Capital y algunas otras poblaciones del Obispado, S. E. I. e Obispo mi Señor, se ha dignado disponer que los Sres. Sacerdotes de esta Diócesis cesen de añadir á las Oraciones de la Santa Misa la de *pro vitanda mortalitate vel tempore pestilentiae* y que por tres dias, cuando lo permitan las SS. rúbricas, digan la de *pro gratiarum actione* Salamanca 9 de Enero de 1874.—Dr. Ramon de Iglesias y Montejo, Secretario.

Cursus Theologiæ Dogmaticæ

*Obra escrita de intento para la Biblioteca de EL CONSULTOR
DE LOS PÁRROCOS.*

Carta á un jóven eclesiástico.

Salamanca 12 de Enero de 1874.

Mi amadisimo en el Señor: me pide V. le diga el juicio que he formado del *Cursus Theologiæ Dogmaticæ* que se ha publicado en Madrid para la Biblioteca de *El Consultor de los Párrocos*. Antes de contestar á su pregunta he de advertir á V. que solo puede llamarse con propiedad *Consultor de los Párrocos*, el que ha recibido mision especial para ello, como el Obispo en su Diócesis, el canónigo Penitenciario que es *veluti parochus totius diæcesis* y los demás prebendados de oficio y profesores del Seminario segun la diversidad de casos que ocurran, y no los directores de periódicos y revistas. El título de *Consultor de los Párrocos* dado á una revista de la misma procedencia, segun tengo entendido, que el *Consultor de los*

Ayuntamientos, ambas dirigidas por un seglar, aunque tenga colaboradores eclesiásticos, es una ofensa al ilustrado clero español. Se publican en el extranjero revistas de esta clase, pero á mas de ser dirigidas y redactadas por doctos eclesiásticos al efecto debidamente autorizados, ninguna, á mi noticia, ha tenido la ocurrencia de intitularse *El Consultor de los Párrocos*. Al espresarme así, no es mi ánimo lastimar en lo mas mínimo á los Directores ó redactores de la mencionada revista

Con respecto á la pregunta de V. que motiva la presente, apesar de las muchas ocupaciones que en estos dias me abruma, puedo, siquiera brevemente, contestarla; porque hará como unos tres meses, que el Director ó Propietario de el llamado *Consultor de los Párrocos* tuvo la amabilidad de remitirme los pliegos que alcanzan hasta la página 521 del espresado *Cursus Theologiæ Dogmaticæ*, por si enterado de su contenido me parecia bien recomendar su adquisicion á mi amado clero. Voy pues á comunicar á V. el juicio que he formado del contenido en dichos pliegos, que por cierto mucha paciencia y tiempo se necesitan para leerlos.

El dictámen que V. me pide lo voy á dividir en tres puntos, á saber:—la doctrina,—el método,—y el estilo de la obra.

En cuanto á la doctrina, no puedo disimular que contiene algunos errores imperdonables en quien se considera capaz de escribir nada menos que todo un *Cursus Theologiæ Dogmaticæ*. Para convencerse de ello basta leer toda la página 362, el último apartado del §. V. de la página 363, la última frase de la primera columna de la página 373, parte del §. V. de la página 405, en donde se establecen principios que conducen á admitir proposiciones heréticas, ó próximas á la heregia.—No siempre el autor interpreta con exactitud la doctrina de Santo Tomás, y le atribuye asertos que nunca enseñó el Doctor an-

gético, como puede verse en el 1.º de la página 448, columna 2.ª.—En medio de la erudición que ostenta por lo que toca á las escuelas modernas, sobre todo alemanas, no es bastante exacto en la determinación de las cuestiones escolásticas, y la diferencia de sus pareceres.

Acerca del método, diré á V. que apesar de que se hace cargo el autor de los que hoy comúnmente se siguen por los teólogos semiracionalistas, para refutarlos; no parece bastante propio el suyo, pues se ocupa de muchas cuestiones puramente filosóficas, ó históricas, sin que estas en nada se parezcan á las excelentes digresiones históricas del P. Billuart, y omite otras esencialmente teológicas.—Este método no es positivo, ni escolástico, siendo por lo comun meramente expositivo, lleno de explicaciones supérfluas, y á veces inexactas. Pasa el autor amenudo en silencio los argumentos mas sólidos, deteniéndose en otros superficiales é insuficientes. ¡Niega con facilidad el supuesto, y por la respuesta que dá se conoce que no queria negar mas que el aserto, ó alguna de las premisas. En pocas palabras, no ha sido feliz en su método.

¿Y qué le diré á V. del estilo ó lenguaje del *Cursus Theologiae Dogmaticae*? Otros le darán las calificaciones que merece, limitándome yo á notar que además de ser sumamente desaliñado é incorrecto, está lleno de barbarismos y solecismos. No habria debido publicarse semejante obra por decoro á lo menos de nuestra pátria, que tan insignes y elocuentes latinós ha producido.

No pierda V. pues el tiempo en estudiar teología en el mencionado *Cursus*. Siga V. leyendo en la Suma Teologica de Santo Tomás, en la obra lata del P. Billuart, y en las Instituciones del P. Perrone, y con ello tendrá V. lo bastante para alcanzar los conocimientos necesarios á fin de enseñar al pueblo

fiel la doctrina de nuestra Santísima Religión, y defenderla de los ataques que le dirigen los modernos hereges é incrédulos.

Enviando á V. la bendicion se repite su afectísimo S. S. in Corde Jesu Q. B. S. M.—*El Obispo de Salamanca.*—D. S. B.

Nueva fundacion é instalacion de Hermanas de la Caridad en el Hospital de Alba de Tórmes.

¿Ha de existir siempre la fatalidad de que los pueblos católicos como nuestra querida España, se hallen preocupados ora del estampido del cañon, que con sus terribles efectos, derrama á torrentes la preciosa sangre de sus valerosos hijos, ora de la marcha nebulosa de los que aspiran al triunfo de sus ideas, ora tambien de la alza ó baja de eso que se llama bolsa, origen muchas veces de la miseria en que quedan sumidas innumerables familias, que se forjan en su pobre mente encontrar la felicidad en la posesion del oro, medio poderoso para satisfacer todos los caprichos ó deseos acaso desordenados?

No y mil veces no: hay dias y momentos en que separándose de ese triste y melancólico cuadro é inspirados de nobles sentimientos, dan tregua á las angustiadas cavilaciones y se lanzan con irresistible voluntad al del verdadero fomento de sus legitimos intereses, á esa alegria espiritual que produce siempre el constituirse en paño de consuelo en donde enjuga sus copiosas lágrimas la humanidad doliente.

Esto se ha visto repetidas veces en este pueblo clásico por sus creencias religiosas, sensatez y cordura, que haciendo caso omiso de esa admósfera de ideas disolventes suscita de su seno hombres que dando al Cesar lo que es del Cesar, no niegan á Dios lo que es de Diós.

Tal ha sido la conducta de la junta actual del Hospital titulado de S. Marcos y Santiago, cuya Administracion le está encomendada por su fundacion de Patronato particular destinado hace mas de un siglo á servir de asilo, no solo al pobre enfermo de la villa y al transeunte desvalido, sino tambien y principalmente á los laboriosos gallegos que efecto de sus deseos de llevar á sus miseras familias un exíguo recurso, contraen enfermedades mortíferas, unas veces causadas por los ardores del sol recogiendo nuestras mieses, y otras por la mala clase de alimentos que se proporcionan al ínfimo precio, escalimando lo necesario por aumentar el premio de sus desvelos y trabajo del que en alguna ocasion se han visto despojados en su largo camino.

Ya hace algunos años en obsequio de la verdad, que anteriores corporaciones encargadas de la recta Administracion del establecimiento indicaron la idea de mejorarla en beneficio de los acogidos encomendando á las hermanas de la Caridad el cuidado de los enfermos; pero (respetando las causas) no lo llevaron á efecto, hasta que la actual arrostrando por mil dificultades y haciéndose superior á toda contradiccion, que pudiera sobrevenirle, acordó unánimemente en su primera sesion traer tres de dichas hermanas que cumplieren con su difícil mision dedicándose cual corresponde no solo al cuidado de los enfermos, aseo y limpieza del local, sino tambien al fomento de la moral cristiana que debe presidir en él.

A este fin acordó tambien dicha junta comisionar dos individuos de su seno para que suplicasen en su nombre al Excelentísimo é Ilmo. Sr. Obispo de Salamanca su influencia y mediacion para con el superior del instituto.

No es posible en esta corta reseña espresar el gozo con que acogió esta pretension tan digno Prelado, que tiene sus complacencias en fundar casas de pobres, de enseñanza y de vir-

tud, y tal fué su actividad que á los pocos dias ya tenia concedidas las tres hermanas que en el 29 de Diciembre último tomaron asiento en esta casa hospital y entraron en el ejercicio de sus funciones.

Ya tienen los pobres enfermos á la cabecera del lecho del dolor á tres ángeles de la tierra (permitase esta espresion) que con sus consuelos levantan su abatido espíritu, ya tiene esta villa tres heróicas vírgenes que desafian á todas horas á la muerte disputándola sus víctimas con sus desvelos y constantes vigiliass, ya por fin tres caritativas mugeres, que están dispuestas á estrechar con uno de sus brazos al que va á exalar el último suspiro y con el otro levantado al cielo mostrarle el camino de la eternidad aun cuando este último suspiro si es pestilential, las haga sucumbir en el mismo momento.

¡Dios sea bendito por todo! ¡bendita su providencia! que no deja de visitar á esta villa de Santa Teresa, y que además de librarnos de innumerables tribulaciones nos ha permitido ejercer una obra de sublime caridad inspirando tan nobles sentimientos, que han de llenar estas hijas de S. Vicente, que por todo el mundo son acogidas con entusiasmo, ya sea para socorrer á los que batiéndose en el campo de batalla caen heridos desgraciadamente, ya en todas las casas donde existen desvalidos que no quieren ni aun mirar los que no saben ó quieren ignorar lo que es la caridad de las hijas de S. Vicente de Paul, ya por fin para dedicarse simultáneamente á la enseñanza cristiana católica de la niñez tambien pobre y desvalida.

Alba de Tórmes 2 de Enero de 1874.

Movimiento del personal de esta Diócesis en 1872.

Para las Iglesias y destinos que á continuacion se espresan han sido nombrados los sugetos siguientes:

Lic. D. Carlos Coronado, Canónigo de esta Sta. Basílica Cathedral.

D. Lorenzo Dominguez, Coadjutor ad nutum de la de San Blas de esta Ciudad.

Dr. D. Francisco Arteaga, Ecónomo de S. Benito de id.

Lic. D. Gabriel Moríñigo, Coadjutor ad nutum de S. Isidoro y S. Pelayo de id.

D. Matias Arnes Casanueva, Ecónomo de Zarapicos.

Lic. D. Juan Bautista Blazquez, id. de Aldealengua.

D. Francisco Lopez, id. de Sto. Tomé de Rozados.

D. Matias Repila, id. de Villarino.

D. Felipe Santiago, id. de Villasdardo.

D. Cipriano Sanchez, id. de las Uces.

D. Gerónimo Calvo, id. de Negrilla.

Lic. D. José María Sanchez, id. del Campo de Peñaranda.

D. José Perez, Encargado de Pinedas.

D. Manuel Sanchez Elices, Teniente Párroco de Casas del Conde.

D. Severiano Lozano, Coadjutor de Barbadillo.

D. Julian Gonzalez, id. de Peñaranda.

D. Enrique Almaraz, Capellan de las Religiosas Benedictinas de Ledesma.

D. Francisco Rodriguez, Sacristan del Convento del Zarzoso.

Id. de Ciudad-Rodrigo.

D. Roman Marcos, Cura Ecónomo de Pedrotoro.

D. Serafin Miguel, id. de Ituero de Azaba.

D. Blas Aguilar, id. de Bouza.

D. Santiago Gurrea, Coadjutor de Bañobarez.

D. Ramon Moreno, id. de Sahugo.

D. Nicolas Valiente, Coadjutor ad nutum de Atalaya.

Donativos al Santo Padre que le serán remitidos por conducto de nuestro Excmo. é Ilmo. Prelado.

(CONTINUACION.)

	<i>Reales.</i>	<i>Cénts.</i>
<i>Suma anterior.</i>	16597	12
D. José Brabo Riesco, Coadjutor de Forfoleda.		8
D. Santiago Sesmilo, Teniente Párroco de Calzada.		8
D. Baltasar Riesco.		4
D. Alonso Fresno.		2
D. Francisco Gomez.		2
Los Feligreses del Gejo de los Reyes.		50
El Párroco de Palacios del Arzobispo.		40
Luis Gonzalez, feligrés de Carnero.		12
D. Manuel Ledesma, (Aldeadávila).		20
D. Francisco Hernandez, Idem.		10
D. José Rodero Morante y varias Sras. de Ciudad-Rodrigo.		48
Una persona devota de Salvatierra.		20
D. Andrés Tellez, por los meses restantes del año hasta fin de Diciembre.		40
D. Manuel Tabernero y D. Juan Antonio Sanchez.	2000	
D. José Rodero Morante.		60
D. Deogracias Y. Casanueva, Dean de Ciudad-Rodrigo.		100
El Párroco de la Catedral de Id.		62
El de la Encina.		20
El de Robleda.		20
El Coadjutor de Id.		10
Unas Señoras de esta Ciudad de Salamanca.		20
TOTAL.	19153	12

(Se continuará.)

ANUNCIO.

Discurso en favor de la Infalibilidad del Romano Pontífice pronunciado en el Concilio Vaticano por el Excmo. é Ilmo. Sr Dr. D. Miguel Payá y Rico, Obispo de Cuenca en España.

Publicado en latin y castellano, con el correspondiente prólogo y reverente dedicatoria á Su Santidad, el inmortal Pio IX.

La mayor parte de los que impugnan los dogmas católicos, lo hacen porque no los entienden; y esto mismo se cumple respecto del de la INFALIBILIDAD PONTIFICIA. Pues bien, á facilitar de una manera segura el conocimiento de este, se consagra el presente opúsculo.

Si es ó no recomendable, se comprende, por el extraordinario efecto que produjo en el Concilio Vaticano, el discurso que encierra, por la viva impresion que causó el eco de este en el mundo católico, por los generales encomios que del mismo hizo la prensa religiosa de todos los paises, y por la singular claridad y fuerza de conviccion con que explana el dogma de la INFALIBILIDAD PONTIFICIA.

Véndese en Cuenca en la Secretaría Episcopal, en la del Seminario y en la libreria de Gomez, al precio de 8 rs. encuadernado en rústica, con cubierta de papel de color.

En Madrid, en la libreria de Tejado, Arenal 20; en la de Aguado, Pontejos, 8; y en la de Olamendi, calle de la Paz, al precio de 9 reales.

En las principales librerias del resto de España, tambien á 9 reales.»

Han fallecido D. Gabriel Sanchez, Párroco de Sesmiro, el Presbítero Fr. Mariano Criado, D. Roman Pachan, Parroco de Bouza, y el Presbítero D. Matias Torres todos de la Diócesis de Ciudad-Rodrigo. Tambien han fallecido en esta Ciudad el Presbítero D. Segundo Maculet y D. José Alonso Dominguez, Cura Ecónomo de la Catedral. Los dos primeros pertenecian á la hermandad de sufragios mútuos del Clero con los numeros 406 y 364 respectivamente.—R. I. P.

SALAMANCA: IMP. DE OLIVA.